Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Baronatus autem iusto precio secundum substantiam & naturam ipsius contractus venditionis alienatus fuerit, & consequenter eig quoq; pertinentia & accessiones eodem modo simul venditae sint &c.

Nec dici potest feudis etiam iusto precio Emptis, nihilominus Vasallum emptorem hoc beneficij atq; emolumenti consequi, quod patronum ac protectorem, cui se suaq; omnia facto committere queat, qui ab ipsius caprice fortunisq; inimicorum impetus propellere possit,

habeat

Cum enim pro hoc beneficio Vasallus operam suam auxiliarem accomodare & grauiora seruitia cum ipsius etiam vitae discrimine coniuncta subire cogatur, sane ex huiusmodi concessione longe plus vi oneris imponitur, quam beneficij conferetur. Alioquin enim Dominus feudi deterioris conditionis esse videretur, quam Vasallo quod non minus esse absurdum, quam si quis diceret, seruum melioris conditionis Domino suo esse (: Dicitur enim seruitus feudum glos: in c. i. & ibi Feud: in quibus caus: feud: amitt:) nemo est, qui non intelligat.

Denique aduersatur etiam negatiua opinio clerorum à feudo empto excludendis aequalitati

inter